

Dissertatio inauguralis medica, de longaevitate ex medicina ... / [Arnold Friedrich Steinmeyer].

Contributors

Steinmeyer, Arnold Friedrich.
Alberti, Michael, 1682-1757.
Universität Halle-Wittenberg.

Publication/Creation

Halae Magdeb : Litteris Hendelianis, [1728]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dngc6v7d>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

6
DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
LONGÆVITATE
EX MEDICINA,

Quam,

AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiſſe Facultatis Medicæ
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R Æ S I D E

ON. D. MICHAELE ALBERTI,

ACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO,
MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR.
COLLEGA, SOCIET. REG. BORUSS. SCIENT. SODALI, ETC.


DECANO H. T. SPECTATISSIMO,

Domino Patrono, Præceptore ac Promotore ſuo omni honoris cultu proſequendo,

P R O L I C E N T I A

UMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONSVETIS,

ANNO MDCCXXVIII. D.  OCTOBR.

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI
SUBJICIET

R E S P O N D E N S

ARNOLDUS FRIDERICUS Steinmeyer,

HERVORDIA-WESTPHALUS.

HALÆ MAGDEB. LITTERIS HENDELIANIS.

HABE MAGISTER LITTERIS HENDELIANIS

A. M. V. G. D. I. A. WESTPHALUS

RNOLDIS FRIDERICUS Steinmetz

WESTPHALUS

WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS

WESTPHALUS WESTPHALUS WESTPHALUS



PRÆLOQUIUM.



Uicunque mortem fugiunt, morbos abhorrescunt, sanitatem quærunt & longam vitam desiderant: illi etiam media & subsidia pro avertenda morte, præservandis debellandisque morbis, confirmanda sanitate & sublevanda prolongandaque vita avido & calido appetunt affectu: & quoniam inter artes naturales præcipue Medicina inclaruit, quæ quadante-nus huic desiderio satisfacere potest, ita evenit, ut qui vitam amant & juxta *Senecam Lib. 2. natur. quest. c. ult. tardius mori magni æstimant*, illi etiam medicam artem concelebrent; hinc *Medicus naturæ minister* vocatur a *Galeno in Lib. num ars tuenda sanitatis ad medicinam, an gymnasticam spectet c. 26.* sicut de medicis testimonium perhibetur, quod *salutis hominum curam agant l. 1. §. 1. ff. de extraord. cognit. quid quod Plinius lib. 29. c. 1.*

Medicum imperatorem vitæ nostræ appellat: quam ob rem plurimi homines in sanitatis & vitæ periculis ad Medicinam, velut ad sacram confugiunt anchoram: neque tantum in periculoso corporis statu opem a Medico quærunt, sed etiam omni tempore accepta & probata consilia atque auxilia experunt, quo ad longiorem vitam pertingant, hinc cum Socrate Æsculapio Gallum spondent, si ad exoptatam Longævitatē pervenerint: quare Isidorus Pelusianus lib. 2. ep. 188. malum illum pronunciat, medicum, qui nec sano & incolumi ad præcavendum morbum, adjumentum ullum porrigit, nec ægrotare incipienti, aliquid quo morbum propulset, dicit aut facit, corrupto autem atque ita affecto, ut nulla ratione curari possit, innumera præscribit remedia: ficut etiam turpe est de medico dicere, non putaram, quando ex imperitia vitæ brevitatem provocavit & acceleravit, prout Livius de Scipione Africano refert, quod dixerit: turpe est in re militari dicere: Non putaram: quam ob rem etiam declaratur in l. 6. §. 7. ff. de offic. præsid. & l. 8. ff. ad L. Aquil. sicuti medico imputari eventus mortalitatis haud debet, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet: Interea etiam alii sunt, qui ex Stoicorum mente & juxta illorum sensum vitam quidem mediocriter æstimant, attamen minus benevole de medicina judicant, velut Quintilianus in declamationibus eloquitur: Fato vivimus, languemus & morimur; Medicina quid præstat? & Martialis lib. 2. præcipit: quid tibi cum Medicis! dimitte Mæchaonas omnes: quemadmodum Pausanias medico ipsum visitanti ac interroganti, nihil habes mali? respondit, id fit, quia te medico non utor conf. Cass. Rejesi-

us in Camp. Elys. iuc. qu. 8. cui titulus, *Vita prefixus a Deo, terminus an medicina necessitatem excludat?* & quamvis a medicis imperitis non vitæ tutela, sed destructio expectanda est, tamen talis macula haud promiscue arti Medicæ inurenda erit, quare *Plinius* exclamat l. c. *in hac sola scientiarum evenit, ut cuique medicum se professio credatur statim, cum sit periculum in nullo mendacio majus*; ita etiam *Seneca* profitetur in lib. de Ira c. 6. *medici quibus non potuerunt largiri vitam, facile exitum præstant: quam ob rem contra imperitiam medicam Rejesius qu. 6. cum affectu differit; siquidem nec impossibile, nec inauditum, nec plane rarum existit, ut vires naturales, ad vitam longam acquirendam præstantes & sufficientes per imperitiam artis destruantur & loco Longævitatæ, brevitæ vitæ ex Medicina veniat, ut de multis valeat, quod de Cæsare Hadriano commemoratur, cujus monumento inscriptum est, illum turba Medicorum periisse, vid. Plinius l. c. huc spectat, quod Cicero in Lib. de fato eloquitur: si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, siue medicum adhibueris, siue non, convalesces; si fatum est, non convalescere, siue adhibeas, siue non, non convalesces; medicum ergo adhibere quid attinet?* Interim *Gratianus* l. 23. qu. 4. ff. judicat: *quamvis sciamus neminem ultra terminum victurum, omnibus tamen languentibus non incongrue medemur, eo etiam prædicti Rejesii qu. 18. conatus tendit, ut utilitatem & necessitatem Medicinæ pro vita & sanitate confirmanda demonstret, hinc n. 5. & 6. hoc iudicium reliquæ deductioni & demonstrationi præmittit; confitemur imprimis Dei decreta, rata, firma, certa, infallibi-*

lia & inevitabilia; quod licet verissimum; afferere tamen aliqua conabimur, quibus & medicinae necessitas minime contemnenda videatur & cum divina voluntate & stabilibus illius decretis medici opera minime pugnare, nec illis adversa esse, palam fiat ac manifestum. Quamvis vero Medicina ad morbos imminentes præservandos & præsentis expellendos admitti queat, tamen multi contra nexum sanitatis & medicinæ objicere possent, quod Medicus sanis non datus sit, sed ægris, quando vero sanitas mutabilis & vita fragilis est, tunc medici officium etiam existit, ut præsentem integram sanitatem & vitam tueatur, conservet & prolongare adjuvet; quo non modo salutaria consilia, sed & interdum plane congrua auxilia pertinent; quare interdum simplicia & vilioris qualitatis media satisfaciunt, sicut *Plato Lib. 5. de Republ.* elocutus est: quando medicinis nullis indigent corpora, sed victus solum institutionem exigunt, viliores medicum sufficere arbitramur; quando vero medicinis est agendum, scimus præstantiore medico quodam opus fore: quod dictærium sub justa interpretatione nostris meditationibus accommodamus: Et si juxta *Senecam Ep. 70.* non omni pretio vita emenda est, ita in regno naturæ congrua utique media seligenda sunt, quæ vitæ naturali subveniunt; quemadmodum etiam varia subiecta naturalia ad corporis quotidianam sustentationem spectant, ita talia adhiberi debent, quæ cujusvis hominis personalibus circumstantiis & qualitatibus quadrant, unde longior vitæ animalis duratio expectari potest: inter hæc media & subsidia merito nonnulla subiecta
sub

sub censuram veniunt, quæ vel exquisitæ, vel quasi medicamentosam virtutem exserunt, ut propterea œconomia vitalis e foro medico egregiam opem impetret: ob id præsentî conatu & Inaugurali Specimine cum Deo constituimus, ut LONGÆVITATEM EX MEDICINA brevi disquisitione & deductione explicemus, insuperque indicemus, in quantum arti medicæ sanitatem & vitam nostram committere & concredere queamus. Huic labori ut Deus, qui author, conservator & moderator vitæ nostræ est, gratia sua annuat, est quod devotissime flagitamus.

§. I.

QUOD *vita naturalis ex Medicina emolumenta & adjumenta quædam impetret, non pauci medicorum sunt, qui affirmativo inclaruere judicio; hinc merito sollicita quæstio instituitur, an etiam vita certis & congruis consiliis & auxiliis, ex Medicina profluentibus, confirmari & prolongari queat, an natura in libero & spontaneo suo officio etiam artis concursum & commercium perferat? deinde si hæc quæstio affirmativa sententia deciditur, iterum simili sollicitudine quæritur, quænam secura probata & utilia talia sint adminicula ex Medicina Longævitati promovendæ idonea & convenientia: quo loco mox reminiscimur illius effati, quod *Acta Erud. Lips. An. 1705. Mens. Januar. p. 41. ex Wilhelmi Temple opusculis posthumis* allegant: *Cuius homini aut laborandum, aut jejunandum, aut medicina utendum, aut egrotandum est; ubi indirecte homini ad firmam sanitatem & longiorem vitam, exercitatio corporis, abstinentia aut temperantia, imo restrictus remediorum usus.**

sus commendatur: Dum vero præsentì themate inquirimus, an *Medicina* commercium habeat cum *Longevitate*, tunc in initio hujus disquisitionis adseveramus, quod ipsa *vita animalis* realis *Medicina* sive *Therapia* existat, id quod solidissima demonstratione probavit *Illustris D. D. Stablius in disp. de Therapia sani corporis*, hinc ad formam *durationis* corporis humani valde fragilis & corruptibilis pertinet, *utilium* causarum & substantiarum corpus nostrum attingentium & intrantium justus *selectus*, digna præparatio, congrua retentio & applicatio & inutilium ac inimicarum conveniens *remotio*, sic corpus nostrum manet in salvo; qui processus si diutius continuant, *longiorem* etiam corporis *durationem* complectuntur: ita *natura* humana *rite* suis officiis fungens, optimus est proprii sui corporis *archiater*, a *DEO* necessaria *capacitate* & *virium* præstantia instructus, quo *quotidiana* incommoda & detrimenta, corpori imminencia, avertat; hinc motus in justo *gradu*, *ordine* & *tempore* administrare, partes *solidas* & *fluidas* in *debita* actione servare, nec non *heterogeneas* & mixtioni animali *perniciosas* causas legitime *evacuare* & dissipare debet: qui ipse actus & processus non alius, quam *Medicus* est, quem prudens artifex, si *rite* procedit curatori studio imitari debet, quoniam corporis curam per *divinam* institutionem, nullum principium *melius* observare & tractare potest, quam ipsa illa *natura*: quare *Hippocrates lib. 6. Epid. Sect. 5.* judicat, quod *natura sit morborum medicatrix*; quod inveniat sibi ipsi vias & peragat quæ conveniunt & *Valleriola lib. 2. obs. 6.* ex eodem ferme sensu confitetur, *natura est, quæ sanitatem in nobis tuetur & morbos pellit, ipsa sibi vias invenit*: quando itaque *naturæ* ductum sequi debemus, haud sermo est de illius *erroneis* & pravis, sed *bonis* ac convenientibus operationibus *conf.* *Disp. Celeb. Dn. D. Stablii de Naturæ erroribus medicis, de Ministerio artis naturæ salutariter adhibendo*; ut & *D. D. Præsidis disp. de motibus*

bus naturæ, cynosura medici, de Therapiæ spontaneæ observationis utilitate & necessitate in medicina Epist. de Naturæ & artis commercio therapeutico, nec non in Therapia medica cap. de spontanea morborum curatione Sect. 1. cap. 1. pag. 10. quam ob rem interdum ars succurrere debet, quando insolitæ quædam difficultates etiam sub reliquo sano, prout videtur, corporis statu occurrunt, aut quando aliqualis minor languor & mitior irregularitas naturæ obvenit, unde majus detrimentum manifestius vitæ & sanitati præjudiciosum ortum trahere potest & non raro etiam solet, ut observatio majoris e minori malo medicis ut plurimum angorem conciliet & peculiarem animadversionem facessat ac causetur: quamobrem œconomia vitalis haud ita perfecta & constans est, quin aliquando manuductionem & opitulationem ex artis medicæ capacitate & dexteritate admittat, imo postulet & nonnunquam sensibilius urgeat; quod adminiculum, si opportuno tempore denegatur, non vitæ durationem, sed celeriores oppressionem & extinctionem promittit.

§. II.

Dum vero *questionem* illam *præsenti* labore ventilamus, an ex *Medicina* certa subsidia, pro *Longævitate* acquirenda, idonea speranda & alleganda veniant, tunc minime talia *obscura* arcana medica intelligimus, qualia *Rogerus Baconius* in lib. de occidentibus senectutis & P. 5. in not. ad *Baconis* Epist. de Secret. nat. & art. c. 7. p. 77. præsumit, conf. *Jonstonus* tr. de constant. natur. propos. 5. art. 1. p. 47. *Mart. Panfa* de propag. vit. Part. theoret. gener. c. 4. n. 13. p. 34. quasi *Patriarchæ* singulare secretum remedium ad *Longævitatem* proficuum sciverint & adhibuerint: sicuti *Paracelsus* in lib. de vita long. de Adamo refert, quod talibus arcanis usus fuerit; quo pertinent *Walchii* & *Hadriani a Mynsicht* aliorumque traditiones, quasi antiquissimi Patres notitiam *Lapidis Philosophorum* habuerint, ex cujus

B

usu

usu ad tam *seram* senectutem pervenerint, *conf Garman-*
nus de mirac. mort. Lib. 1. tit. 7. §. 5. probe enim agnosci-
 mus quod tantis *portentosis* & absconditis *arcanis* ad vitam
 longam opus haud habeamus, siquidem ipsa *simplicitas* &
benignitas naturæ simplicia & temperata subsidia admittit:
 quo plus enim *artificii* alicui subiecto inest, eo minus na-
 turæ conforme est, quæ *libera, placida, leni* & moderata,
ordini naturæ plus accedenti methodo tractari & sublevari
 vult: unde ut plurimum *suspecta* sunt encomia, quæ de
 nonnullis arcanis medicamentis circumferuntur, quam
 ob rem *Cammerarius in Syllog. Memor. Cent. X. partic. II.* dicit:
Mercurius vitæ evadit mercurius mortis, quod etiam *Lotti-*
chius in suis observat. testatur & *Crato Lib. 1. conf. II.* *aquas*
vitæ in apoplecticis *aquas mortis* nominat: quam ob rem
Ithonerus eloquitur: *Lib. 3. obs. 2. p. 157.* sæpius benigniora
remedia, aliquoties iterata, magis sunt proficua, dum natu-
ram habent adminiculantem, quam multo fortiora, illam per-
turbantia & vires atterentia: dum interim ad longiorem
 vitam *Medicina* quicquam conferre debet, iterum in me-
 moriam revocamus effatum *Hippocratis in lib. de arte: text.*
18. 21. §. 5. *objiciet nobis adversarius, quod multi jam ægri*
etiam medico non utentes sanitatem recuperaverint: & ego
 huic sermoni fidem non detrabo: apparet autem mihi simile
 hoc esse, ut etiam medico non utentes, tamen *medicinæ bo-*
nam fortunam experiantur, quamvis non sciant aut intelli-
gant, quid in illa rectum aut non rectum insit: porro *text.*
27. 28. 29. pergit; valde enim necessarium est nosse eos, qui me-
 dicis etiam non sunt usi, si ægrotaverunt & convaluerunt,
 quod aut facientes aut non facientes sanati sunt: deinde §.
 6. nominat tales medicinas, quæ vel positiva ope, vel
 privativo respectu sanitatem procurarunt: dicit enim
text. 1. seq. aut enim inedia, aut edacitate, aut uberiore po-
tu aut siti, aut balneis aut illuvie, aut laboribus, aut quiete,
aut somnis, aut vigilia, aut hisce omnibus promiscue utentes
 con-

convalescerunt: & sane propterea quod opem senserunt, valde necessarium est, ipsos nosse, quod fuerit aliquid, quod opem tulerit: & rursus si quid detrimenti acceperunt, necesse est & detrimentum nosse & quod fuerit aliquid quod damnum dedit ac laesit: quo loco Senex tales medicinas nominat, quæ sub arbitrio naturæ constitutæ sunt & quæ ex parte simplices naturæque valde congruæ existunt, ut per hæc naturalis ordo œconomix vitalis observetur & promoveatur, neque illius vires aut confundantur, aut debilitentur; hinc tales Medicinæ illos motus & effectus invitant & promovent, quos vegeta natura alias sponte in vitæ & salutatis emolumentum ordinario tramite exequitur: conf. Celeb. Dn. D. Stahlii disp. de Medicina sine Medico: quam ob rem judicamus, quod utique ex Medicina talia consilia & adminicula expectanda sint, quæ Longævitati promovendæ inserviunt, sed quæ œconomix vitali apprime respondent; sicut juxta Hippocrat. monitum in Libr. de flatibus interdum per additionem, nonnunquam per subtractionem hæc Medicina dirigenda est.

§. III.

Medicina itaque pro vita longa varia subministrat subsidia, quorum aliqua sub diætâ, alia vero sub magis directâ medica directione ad salutares effectus applicari & adhiberi possunt; de quibus utrisque in reliqua speciali deductione paulo fusius agendum erit: interea non desunt multiplicia medicorum testimonia de medicamentosis mediis ad Longævitatem promovendam proficuis judicatis: & ut tantum hoc loco nonnullorum talium testimoniorum mentionem faciam, Galenus de medicam. facil. parabil. lib. 3. recenset, quod Pythagoras per aceti Squillitici sedulam ingestionem ad seram Senectutem pervenerit: conf. Wittichii Vade mecum Part. 1. Tabernamont. Herbar: Sic Athenæus & Diophanes de Democrito recensent, quod ad vitam longam interne mel, externe oleum adhibuerit, vid.

Plinius lib. 22. c. 24. lib. 14. c. 22. Vossius de orig. & progress. idololatr. lib. 4. c. 79. Foubertus Opp. Tom. 2. p. 215. & Valeriolae loc. com. lib. 3. de usu olei ad longævitatē tractat & Verulamius in historia vitæ & mortis inunctionem cum oleo tanquam medium Longævitatē commendat: Zaccaguinus in notabilibus medicinæ carnem viperinam ad vitam longam laudat: Tacius in Chrysogon. Juniperum pro remedio ad vitam longam habet; Paracelsus artem promisit Senes iterum rejuvenescendi, quem refutavit Freitagius in auro-ra medica lib. 4. c. 4. siquidem Rejes quæstionem illam ventilat, an mors naturalis beneficio medicinæ retardari & Senectus in juventutem converti possit qu. 26. ubi Paracelsus invehitur, qui hanc artem promisit & ipse mature obiit: conf. Bravo de medic. dogmat. præstantia p. 39. seq. ita sunt quidam authores, qui certis fontibus & aquis virtutem ad vitam longam adscribunt, velut Cardanus lib. de vita longa & lib. 2. contrad. tract. 5. contrad. 9. Langius Epist. 79. Zac. Lusit. Medic. Princ. hist. lib. 4. hist. 45. Prosper Alpinus de Medic. indorum Lib. 1. c. 11. aliqui Salis usum ad vitam longam extollunt, velut Horstius in Opp. Tom. 3. Hæferus in Herc. Med. Lib. 2. c. 1. porro Mindererus in aloëdario Marocostino Myrrham cum auro & thure ad vitam longam commendant, fortassis quia tres reges ex oriente has species pro dono Salvatori modo nato obtulerunt; si quis hanc rationem promiscue amplecti neq; pro superstitione habere voluerit: alii aloën eximie ad Longævitatē celebrant, hinc Fabricius ab aqua pendente in Consultationibus, referente Garmanno in tr. de mirac. mort. Lib. 3. tit. 2. §. 99. aliquoties ob multiplicem imo fere quotidianum usum ipsemet probatum, proverbii modo effabatur, qui optat vivere annos Noe multum utatur Pilulis de Aloë; evol. Andr. Tenzel Exeges. chymiatr. P. II. S. 4. p. 585. jung. huic Christ. Langium de Elix. propriet. §. 41. p. 131. hætenus Garmannus, quo etiam provocat Zornius in Botanologia medica sub. tit. Aloes p. 48. nec desunt qui Helleboro nigro

nigro eandem virtutem adscribunt, de quo ita scribit Zornius l.c. p. 278. *Theophrastus Paracelsus* rühmet die Nieß- Wurzel zum langen Leben, vornehmlich die Blätter gepulvert, und mit Zucker alle Morgen zwei Messerspißen voll genossen, dessen *Tackius* an sich selbst eine Probe gethan, wie in seiner *Chryfogonia* zu sehen, und könnte man dadurch sein Leben bis ins 120. Jahr verlängern und conserviren: *Decanus quidam apud Marc. Anton. Zimaran. in Antr. Mag. Med. P. 1. p. 315. ellebori usu vitam ad 186. annos protraxit: vid. quoque B. Warlitzii Valetudin. Sen. Salomon. Med. Sacr. p. 40. Henn. Scheunemann. in Medic. reform. c. ult. folia fere lapidi Philosophico equiparat, eaque in balsamum redacta hominem ab externis infectionibus & omnibus internis putrefactionibus preservare scribit: ita etiam hujus hellebori in simili elogio mentionem facit Bartholinus Cent. 5. hist. 28. Becherus in Psychosophia qu. 134. p. 237. seq.*

§. IV.

Præter hæc subjecta alii ad *Longævitatē* adjuvandam Vini usum eximie extollunt, sicut *Galenus lib. 5. de tuenda sanit. & lib. de anim. & corp. mor. consecut.* illud senibus valde commendat, quam ob rem ab *Avicenna* vinum lac senum nuncupatur, licet *Rejesius qu. 85. n. 26. 27.* vino hoc prædicatum denegat & n. 25. demonstret, quando Senibus nocivum existat: contra vero *Jœpserus in manud. ad long. vit. Part. 1. c. 8. p. 78. 79.* asserit: vini potio non modo infinita Senibus præstat commoda, sed etiam plurimum ad humanæ vitæ longævitatē confert, senibusque præ reliquis conducit; idem judicat *Cononherius Lib. 3. de admirandis vini virtutibus.* Porro de *Riolano* testatur *Bartholinus l. c. p. 50.* quod *Senex valetudinem suam crebris V. Snibus adscripserit: & Jœpserus l. c. Part. II. c. 3. p. 181.* scribit: quis adhuc negabit sanguinis detractionem tum valetudini servandæ tuendæque, tum vitæ in ævum extrahendæ ut plurimum servire: & porro: quis ergo adhuc dubitabit, sanguinis per incisam venam

educti, examen ad vitæ longævitatē plurimum facere: quibuscum Wedelius in disp. de vita longa, p. 32. sub certa limitatione consentit: interim non desunt, qui contrarium accerrimo stilo probare nituntur: Sic porro Becherus l. c. p. 237. 238. dicit: In den dispensatorio Augustano wird sehr gelobet zum langen Leben, der Gebrauch des Meer-Zwiebels-Safts, Honigs oder Eßigs, etliche rühmen sehr den steten Gebrauch der Conservæ von Betonic: Et hic Becherus p. 240. qu. 135. de suis pilulis differit, quatenus longævitati promovendæ conducere possint: deinde Bartholinus l. c. p. 51. de Pilulis Sanctorii ita judicat: Sanctorius pilulas se habere jabat, quibus in agone exhibitis, vitam ad 24. horas ægris protraheret: Si promissis eventus responderet, anticipari possent horæ nova pilularum dosi & in æternum superviveremus, ut jocabatur J. D. Sala: præter hæc omnia Jæpserus Parte II. l. c. de remediis ad longioris vitæ consecutionem facientibus tractat; similiter Helmontius in tr. de arb. vit. media prorogandæ vitæ præscribit: ita alii grana chermes, opobalsamum, lignum aloes, cedri, crocum, ambram, perlas, lap. bezoar, cinnabarin, gemmas officinales, corallia, theriacalia, species cordiales, letificantes, de gemmis, de hyacintho, aurum & remedia inde confecta, inter quæ vulgo sic dictum aurum potabile nomine inclaruit, Verulamius ambram & nitrum commendat, unde quidam Senes ambrata remedia admodum extollunt: Sunt qui radici Sinensium Ginsen egregiam virtutem in Senibus pro viribus eorum confortandis adscribunt: alii Moschi, Mastichis, Cinnamomi, balsami Peruviani laudes ad longævitatē adjuvandam extollunt: Et quot non arcana chymica, splendidis elogiis & promissionibus turgida, passim circumvolant, quæ plenis buccis ad vitæ prolongationem declamantur & commendantur, quo creduli & de vitæ suæ duratione valde solliciti homines magnis sæpe sumptibus arcana talia sibi comparant, sed in veriori respectu avaro affectui aliorum satisfaciunt:

faciant; quid quod interdum innotescit, quomodo *artistæ & speculabundi* quidam Chymiatri *naturæ* viribus *parum*, arti vero suæ plus tribuunt, adeoque semper *artificiosis* suis compositionibus *naturæ* vires *excitare*, *robore* & *conservare* volunt, quos merito *Simon Pauli* in *Q. B. ubi de Centaur. min.* agit, redarguit, dum tali *inutili officiositate* *natura* potius *enervatur & corrumpitur*, quam *erigitur*; si itaque quisquam *singulis* talibus, e *medicina* commendari solitis, subjectis ad *Longævitatē* procurandam uti mallet, ille certius inde *brevitatē* vitæ & *sanitatis infirmitatē* acquireret; quam ob rem haud *promiscua* aut *facilis* fides & fiducia *portentosis* talibus pollicitationibus tribuenda est, quando quisquam *santitati & vitæ* suæ consulere vult.

§. V.

Quod itaque in ordine *themati* nostro satisfaciamus & demonstremus quibus *auxiliis* e fonte *Medico* provenientibus *Longævitati* consulere queamus, tunc quidem *Celsi* monitum sua veritate radiat: *Summa medicina est, non uti medicina*, aut uti *Simon Pauli* l. c. eloquitur: *Sæpe optimum medicamentum est, medicamento non uti: natura morborum medicatrice*; quod fufius demonstravit *Dn. D. Præses* in *disp. de Abſtinentia a medicis & medicamentis morbos & mortē sæpe avertente*: Siquidem de plurimis *longævis* in *historia naturali* manifestum est, quod *rarius* medicamentis fuerint usi & sub *simpliciori* vivendi genere ad *seram ætatem* pervenerint; interim juxta *prædictas* animadversiones *Medicina* non semper *artificiosa*, *insolita & speciosa* subjecta, sed etiam *simplicissima* quædam subsidia complectitur, quæ *medicamentosam* virtutem exferunt: Sunt itaque talia adminicula, quæ *proportionem motuum* ad *humores* conservant, *vigorem naturæ* allevant, *sanguinis bonam temperiē* conciliant, *functiones se- & excretorias* promovent, *humorum justam quantitatem* tuentur,

entur, fibrarum *motricium* valorem & *sufficientem* activitatem excitant, *animæ* commercium cum corpore sublevant, *organorum* quorumlibet *necessariam* functionem sustentant & reliqua *impedimenta* & *offendicula* avertunt atque *tempestive* remonent, quibus *mediis*, subsidiis & *effectibus* præcipue *sanitatis* integritati & vitæ durabilitati apprime consulitur; unde *artis medicæ* quandoque occupatio est, ut *talibus* processibus & effectibus *promovendis* operam det: *haud* tamen utile & consultum est, ut *frequentius* per *medicamenta* tales operationes excitentur, quoniam *nimia* officiositas *artis naturam* valde corrumpit, emollit, *languescit*, confundit & in *futuris* necessariis *spontaneis* officiis administrandis *torpidam* reddit: etenim quamdiu *sponte*, facile, libere & *prompte* singulæ tales *functiones* cum *connexis* salutaribus effectibus procedunt, *haud* proficuum est *naturam* medicamentis ulterius *impellere* & adigere velle; inde potius eveniet, ut ipsa *nimum* vires suas *dilapidet*, adeoque citius *enervetur* atque succumbat; quo magis enim illa *placido* quodam moderamine officiis suis fungitur, eo magis non modo in *justo ordine* œconomix vitalis perseverat, sed & eo magis ipsa *perdurat*: quare valde *judiciose*, *circumspecte* & *perite* *Medicina* cum *Longævitat*is directorio combinanda est, ne *nimum* *arti* confidentes, *naturæ vim* inferamus: has vires itaque atque *ordines* *naturæ* medicus nosse debet, ne medicinam *necessariam* esse reputet, quamdiu *sibi sola* sufficit natura: hinc in *observatione* medica *multiplicibus* exemplis confirmatum est, quod *Longævi*, nullo facile *medicamine* usi fuerint, neque aliqua *medicina* opus haberint, præcipue *artificiosa*; siquidem aliqui *causam* hanc *Longævitat*is allegare solent, quod *medico* & *medicina* non sint usi, quoniam satis *vegeta* natura instructi *transitorias* sanitatis imbecillitates *patientia* & *continentia*, aut ad summum *simplicissimis* & *domesticis* adminiculis superaverint:

runt: quam ob rem *raro* medicina, secundum *communem* sensum accepta, uti *optime* sane sanitatis firmæ & vitæ longæ *sæpe* est opitulatio; a qua tamen *regula* exempti & distinguendi sunt homines *infirma* natura præditi, qui propter hunc *proprii* vigoris *defectum*, artis subsidio & *frequentiori* concursu indigent, ut de iisdem postea plurimi profiteantur, quod *adminiculo* medicinæ & medicamentorum *aliquandiu* conservati & sustentati sint, quoniam alias *citius* vita privati fuerint.

§. VI.

Quando itaque nonnunquam corpus ob *plenam*, minusque *selectam* aut *congruam* Diætam multis *impuritatibus* oppletur, quas natura *sufficienter* haud evacuat, sed *diutius* retinet, ut facile *futuris* fonticis damnis, causam & occasionem præbere possint, tunc interdum ad *frequentiore* & efficaciore talem excretionem cum *convenienti* auxilio *medicamentoso* invitandam succurrere debet Medicina; ut *purgato* corpore, *reliquæ* functiones iterum *legitime* in sanitatis & vitæ emolumentum continuent: si *sanguinis* massa interdum ob *plenior*em victum aut *magis* *alimentosum* potum, ut & ob *segniorem* & *debiliorem* corporis motum nimium *accumulatur*, ut *viribus* oneri & *corpori* molestæ *inflationi* inferendæ, quadret, tunc hæc *abundantia*, utpote *turgens* & *urgens* congruo modo & *opportuno* loco atque tempore minuenda est: quodsi ob aliqualem *mutationem* Diætæ, aut *temporum* & *tempestatum* varietatem humores *spissiore* consistentiâ nacti fuerint, tunc non modo *dietetica*, sed & *artificialia* auxilia *sanguinis* aliorumque humorum *fluiditatem* conciliantia, ordinanda sunt; & dum interdum ipsæ *vires* nonnunquam *vacillant* & *organa* vitalia *debiliora* evadunt, ita in hoc casu *congrua* roborantia ex *Dietetico* & *pharmaceutico* fonte utilia & necessaria sunt, quo iterum *firmitas* sanitatis & vitæ *iusto* & *vegeto* tramite continuet; haud enim nature

C

vigor

vigor in uno eodemque *sufficienti* gradu perennat, sed aliquando etiam in *Longævis* quoddam *decrementum* subit: quamobrem quidam existimarunt, illam *optimam* pro *Longævitate* fulcienda esse medicinam, quæ *intimius*, *subtilius* & *efficacius* naturæ *robur* firmat, sub & mediante quo reliquæ *vitales* aliæque *functiones debite* procedent: huc spectant antiquiorum medicorum meditationes de *balsamo vitali*, de *mumia vitæ*, de *humido radicali* &c. quorum *refectioni*, *restaurationi*, *nutritioni*, *excitationi* &c. multi operam dantes, *sanitatem firmam* & *vitam longam* producere, *promovere* & *conciliare* voluerunt; si quandoque ob *extraordinarias* rationes, aut *variantes* respectus in *massa sanguinea magis perniciosæ* substantiæ colliguntur, *minus* tamen *sufficienter* egeruntur, tunc iterum utile & necessarium est, quo natura ad *efficaciorem* illarum *evacuationem* etiam per *media* ex *penu medica* desumpta *modice* & congrue admoneatur, antequam illæ *actû* perniciosum *effectum* exserere ceperunt: si aliquando aut *humoribus*, aut *viis incongruæ* & *inimicæ* substantiæ *adherescere* inchoant, quando hoc ex *perspicuis* signis inclarescit, tunc iterum per *convenientia lenientia*, *resolventia* & *abstergentia* hanc *præjudiciosam* & *Longævitati contrariam* qualitatem *tempestive* avertere convenit, antequam *eminentiora* magisque *sensibilia* inde oriantur damna; quare non modo *præservatoria*, sed & *curatoria*, certo sensu intelligenda *methodus* in *Longævitatis* *promotione* ex *Medicina* locum invenit, modo *abusus*, aut *perversus* atque multis *irritis speculationibus* immerfus usus evitetur: interea *minima* etiam in foro *Medico* non curat prætor; ea propter *haud* fructuosum est in *levioribus* & *lenioribus* *abludentibus* circumstantiis, mox ad *exquisitius* medicam *opem* confugere & *vitæ fulcimentum* atque *prolongationem* inquirere velle; unde iterum non nisi *emollitio* & *enervatio sanitatis*, ut & *vitæ immi-*
nutio

nutio & abbreviatio metuenda esset; nam qui præter urgentem & distinctam necessitatem medicamentorum usui se submitunt, facile medicinæ adsuescunt & infirmum, valetudinarium & miserum œconomiae vitalis statum, tanquam mancipia Medicinæ, inde recuperant: ob id vita & Longævitæ non ordinarium commercium cum Medicina artificiosa habent; interim quæcunque medicina magis naturalis & dietetica est, illa in præsentî disquisitione majorem applausum meretur, quoniam cum Therapia sanî corporis, de qua supra sermonem brevem habuimus, magis convenit: quæ regulæ itaque generales in hac tractatione bene observari debent.

§. VII.

Seorsim vero ad Longævitatem promovendam pertinet, quo sufficienter & constanter primæ viæ per alvum purgentur; quare Hipp. lib. 4. de morbis dicit: *qui sanus futurus est, hesternum stercus semper quotidie per alvum demittat: & Galenus lib. 3. de facult. nat. excrementa enim singula, si moram in corpore diutius trahant, putrescunt, mordacia & acria, atque hisce, qui ipsa continent infesta redduntur: Hippocr. libr. prænot. eloquitur: excrementorum copia ciborum ingestorum rationi respondeat: optima hæc est alvi dejectio; quia talis exitus inferiorem alvum bene valere declarat; & Jæpserus l. c. Part. II. c. 6. dicit: ut igitur diuturna vita & inconcussa valetudine fruamur totis viribus in id incumbendum est, ut inutilia alvi excrementa quotidie bis, vel ad minimum semel a somno mane evacuentur: dum enim ex ingestis multæ impuritates accedunt, quæ sub diuturniori retentione & copiosiori collectione intimiores primarum viarum regiones ingrediuntur & organa æque ac humores inquinant, illorum officia impediunt, aut turbant, hos ad faciliorem corruptionem disponunt, ita eximie sanitati & vitæ proficit, quo alvina excretio constans & libera permaneat: ab hoc itaque legitimo successu provenit*

nūc porro, ut *fibræ motrices ventriculi & intestinorum flexiliores* persistant, proinde functionem *digestionis*, separationem *chyli* laudabilis a *fœculentis & impuris* substantiis, translationem illius in *glandulosas* suas partes præparantes & *connexas* reliquas operationes promoveant; hinc *appetitus* naturalis & *vegetus* continuat, nec non *ingestio, digestio & egestio* optimam *harmoniam* servant: quam ob rem *alvi bonus* successus, comitem etiam habet *urinæ* *facilem* excretionem & quia sub tali statu *humores* communiter *fluidiores* manent, *pore* vero præcipue *peripheriæ* corporis patuli & *permeabiles*, propterea *transpiratio* insensibilis & *modica sudatio* perinde *prompte & expedite* procedit: Quo itaque talis *excretio* alvi *rite* continuet, tam sub *dieta* liquida, diluentia *lenientia*, aut *modica resolventia* & *fibras nerveas* mitius *stimulantia* in usum trahi possunt, quæ pro varietate *individuatorum* ratione *ætatis*, *temperamenti*, *sexus*, *virium*, *vitæ generis*, *sensibilitatis*, *nationum* &c. variare possunt, quam etiam *necessitate* suadente, *medica* methodo aliquando adhiberi debent; hinc *passulata, oleosa* diætetica, *prunata*, ipsum *Sal, cepæ, Zingiber* &c. tali modo subjectis *medicamentosis*, *longævitate* sublevantibus, annumerari merentur; præcipue quidem *usus olei olivarum*, aut ipsarum *olivarum* modicus admodum conducit, dum *alvum lenit & elubricat*, *vias urinarias* demulcet & in iisdem *se & excretoriam* functionem valde promovet, *fibras motrices* leniente sua virtute a præjudiciosa *strictura* præservat, *viscera* per quæ partes *excrementitiæ* transire debent, *emollit*, hunc transitum faciliat, ipsas *recrementitias* substantias *mobiliores & tractabiliores* reddit; *superficiem* corporis *apertam* servat, *pectus* repurgat & placidam *expectorationem* invitat, *fibras nerveas* ab *ominosis spasmodis* præservat & leniente sua virtute ab *invasione acrimie* humorum defendit, præcipue *ventriculum & intestina* contra *bilis acrimoniam* munit,

lym-

lympham a *serosa* inquinacione *quandantenus* tuetur & *multiplices* alias utilitates largitur: unde non male antiquiores *olei dietetico* usui talem vim ad *vitam longam* proficuum adscripserunt: hinc *varii* homines cum *multo* comodo non modo sub *dieta* hoc oleo utuntur, sed & interdum *mane* aut *vesperi* cum *cerevisia* calida, aut decocto *herbæ Thee*, aut *avenæ* illud assumunt: quantam egregiam vim hoc oleum, *interno* usu adhibitum, contra *venena* assumpta habeat, omnibus *peritis* medicis cognitum est, *conf. Claud. Deodat. Panth. Hyg. lib. 2. c. 1.* quam ob rem in oblatiis *venenis* & *venenatis* *commune* refugium constituunt: præterea etiam oleorum *lenientium* usus *externus* *salubris* innotuit, quando nonnunquam *articulationes* cum iisdem *modice* inunguntur, qualis *inunctio* inter antiquos *communem* suam approbationem obtinuit: unde partes in *justa flexilitate* conservantur; ut multas alias virtutes extra scopum hærentes, hoc loco non recenseamus: servanda tamen erit illa regula, ut *mobile* vitæ genus *una* conjungatur, ut lenes *frictiones* aut temperata *balnea* interdum adhibeantur, ne *pore* abstruantur, sed quo *transpiratio* libere continuet.

§. VIII.

Salis communis usus *dieteticus* & *Medicus* ad sanitatem & vitam satis superque cognitus est; hinc non modo antiquorum sententia fuit, quod in *Sole* & *Sale* omnia consistant, (quod *physici* & *chymici* ita interpretantur, quod *plurima* corpora principium *sulphureum* & *salinum* contineant) sed & *Verulamius* adseruit, quod *Sal* sit condimentum mundi; *temperatus* itaque *Salis* hujus usus admodum *proficiuus* est, qui non modo *alvi*, sed & *relíquas* excretiones promovet & faciliat: etenim quando hoc *Sal* *concoctionis* officio servitia sua præstitit, ut & *crassas*, viscidasque materias *colliquavit*, tunc *fibras* intestinorum *nervæ* ad *constrictionem* stimulat, mediante qua proxima ex-

cretio facilius absolvitur; & dum de hoc fale, modice usur-
pato, etiam successive pauca quantitas humorum massam
ingreditur, tunc non modo ad salivæ & succi pancreatici
præparationem contribuit, quippe qui humores ad sani-
tatem & vitam absolute necessarii sunt, sed & ad urinæ ex-
cretionem sublevandam & periphericam evacuationem fa-
cilitandam non minimam opem confert, dum subtiliter
fibras nerveas ad faciliorem affluxum humorum subeun-
dum stimulat, sed & per motus consensum reliquas fibras
ad vegetum motum excretorium perficiendum leniter ir-
ritat: inde brevibus exclarefcit, quod Sal sit medicamen-
tum, quibuslibet excretionibus ordinariis sublevandis ido-
neum: interea quoad illius usum temperies observanda
est, ne inimica intemperies humoribus concilietur pro
eodem scopo excretionem alvinam & simul alias ordinarias
evacuaciones promovendi, inserviunt nonnullæ aquæ, quæ
aut nitrosæ profapiæ esse dicuntur, vel vulgo soteriæ audiunt,
modo temperatæ sint, quæ per intervalla etiam diæteticæ &
cum vino aliquando permixtæ usurpatæ prædicto respe-
ctui cum emolumento satisfaciunt, velut sunt aquæ Sel-
teranæ, Dynstadinæ, Wildungenses, Sedlicenses & quæ
aliæ cum his conveniunt; quippe quæ resolvente, abstergen-
te, diluente, laxante & diuretica sua virtute satis hætenus
inclaruere; & si nonnullæ talium aquarum etiam calidæ
hauriuntur, paulo magis diaphoreticam etiam virtutem
exferunt: interea reliquæ puræ aquæ usus in Infusis cali-
dis, æque medicamentofus ac Diæteticus est & quaslibet ex-
cretiones secure, facile & sufficienter promovet: quare
non male multi medici Aquæ in & externum usum pro
Panacea æstimant & ex Dioclis & Pythagoræ mente, referen-
te Athenæo (aqua vivendi aciem intendit, minime caput one-
rat, animi corporisque motum facilem promptumque reddit)
& secundum Laertium lib. 8. us. (qui aquam simplicem bi-
bunt & corporis valetudo & ingenii acumen provenit:) illam
 com.

commendant servanda tamen erit illa *cautela*, ne *perverse* qualitates *salubritatem* usus aquæ annihilent, siquidem *modus in quantitate* observari, *pura aqua* seligi & *frigus* evitari debet: quo præcipue pertinet *Hippocratis* effatum *Lib. 2. de dieta: frigidior potus humiditatem in corpore congelat; si excellenter frigidus fuerit, sua frigiditate alvum sistit*: Denique nonnunquam ad *primarum viarum* abstersionem & temperatam *evacuationem* non immerito laudantur *selectæ* & innumeris exemplis probatæ *Pilulæ balsamicæ*, quales præcipue *hodiernis ævis* celebres sunt *correctæ Becherianæ & Stablianæ* quæ *sanitati sublevandæ & longævitati promovendæ multam opem conferunt*: siquidem non modo *perniciosas* impuritates ex primis regionibus *educunt*, sed & *viscera abdominis roborant*, humores *crudos & spissos* resolvunt & *sanguinis massam* repurgant, interea *blande & placide* operantur: ita enim a multo tempore *variæ aliæ*, ut plurimum *largius*, aut *minus correctæ, aloëticæ pilulæ*, aut *positive & fortius purgantes* in talem usum ac *æstimationem* tractæ sunt, quasi vitam *prolongent*; quæ tamen sub *perita* exploratione *talem fidem* haud promerentur: quare *blande laxantia* interdum adhibita, *securam medicinam ad Longævitatē* adjuvandam *proficuum* constituunt.

§. IX.

Porro ad sanitatem & vitam *absolute libera & sufficiens perspiratio* confert, sicut *Sanctorius* dicit in *Medicina Statica* *sect. 1. aphor. 3. ille solus, qui sciet, quantum & quando magis vel minus corpus occulte perspirat, penetrabit quantum & quando erit addendum vel auferendum pro sanitate conservanda & recuperanda & aphor. 40. natura dum in perspirandi officio est impedita incipit statim in multis deficere*, qui defectus propterea *sanitati & vitæ contrariatur*: quæcunque itaque *speciales utilitates* non modo a *constanti placida transpiratione insensibili*, sed & interdum a *modi-*

modico sudore proveniunt, illas hoc loco recensere *superfluum* esset, unde ad minimum hanc veritatem *supponimus* & potius illius *generalis* moniti reminiscimur, quod *Galenus lib. quos purgare oportet* tradidit: *ubi natura imbecillius actionem obit, id, quod deest oportet nos per medicamenta ad-
jicere:* quam ob rem *occafio aliquando* obtingit, ut in *sanis* quadantenus subjectis, ad *præservandos imminentes mor-
bos*, ad *confirmandam sanitatem & vitam prolongandam* ex *artis medicæ institutione auctiorem transpirationem & tem-
peratam sudationem* invitemus & *provocemus:* ita v. g. *tempore hyemali*, quo ob *majorem frigoris tolerantiam*, non modo *humores paulo plus spissiores* evadunt, sed & una cum *reliquo corpore copiosiores impuritates* colligunt, ut propterea sub *medica sudationis promotione* humores *efficacius commoveantur & per consequens i-
terum attenuentur*, nec non *impuritates coacervatæ copio-
sius excernantur & ita corpus suæ libertati & puritati re-
stituatur*, varia vero *imminentia damna tempestive aver-
tantur:* quod si etiam ex *aliis specialibus* causis, velut ex *minus pura dieta & aura*, præcipue *perniciosis tempesta-
tibus & insensis ac inimicis aëris perversionibus*, aut ex *commercio cum aliis impuris* subjectis, *nocivæ* tales substan-
tiæ in humoribus colligantur, tunc aliquando *natura ad
juvaturam & sufficientem* illarum excretionem per *lene &
conveniens* remedium *admonenda* est, ne periculosus mor-
bus *actu irruat*, adeoque in tali casu *principiis* medicus legitime *obstet*, ita *sanitas defenditur & durabilitati vitæ* consulitur ex *Medicina optime* itaque *talis* evacuatio *me-
dica* etiam *methodo* invitatur, per *temperata diaphoretica*, ne *natura*, adhuc *extra morbum constituta*, nimium *impellatur & interdum ad morbos suscitandos urgeatur*, id quod interdum cum *febris acutis* contingere solet, quæ per *calefacientia & concentrata diaphoretica nonnunquam* excitantur: quare rectius *liquida aquea decocta, infusa,*

aut

aut *diaphoretica fixa* ex C. C. terreis absorbentibus, calci-
bus antimonii, &c. provenientia, aut *Essentias tempe-
ratas alexipharmacas*, modica quantitate assumendas & *leni*
regimine sublevandas, quæ simul *mitiorem diureticam*
efficaciam habent, commendamus; ex quibus ultimis e-
minent *Essentiæ pimpinellæ albæ, helenii, caryophyllatæ,*
vincetox valerian, gentian. rubr. juniperi, succini &c. qualia
diaphoretica tamen secundum *differentias* subjectorum &
qualitatum, in illis occurrentium, *discretive* & ita ordina-
da sunt, ne huic *medicæ* admonitioni & promotioni na-
tura *adsuescat*; quam ob rem tali etiam *medica* methodo
aut *languenti*, aut *torpidæ*, aut nimis *oneratæ* naturæ suc-
currere convenit: Simili modo & sub *iisdem* cautelis cum
diureseos promotione procedendum est, quando inter-
dum *judicium medici* requirit, quo *Longævitati* subvenia-
tur, ut *uberius* collectæ *impuræ* materiæ *sulphureo-salsæ*
etiam cum *urina* copiosius educantur: hinc sub diætâ
cepæ, Zingiber, bacc. juniperi, sufficiens *salis communis* quan-
titas, *synapi, rhapbanus, armoracia, petroselinum, apium*
&c. ex *pharmacia* vero *Tinct. antimon. acr.* cum *Ess. Succin.*
juniper. Spirit. Sal. ammoniac. Spir. nitr. dulc. mixta, nec non
pulveres ex *Conch. tartarifatis*, aut *lap. 69. citr. lap. per-*
car. succin. alb. ppt. Nitr. purific. Chrystall. tart. tartar. vi-
triol. aut arcan. duplic. cum pauxillo olei destill. *anis. vel*
fœnic. interdum exhibendi conducunt; quo referimus sub
decoctis aut *Infusis* calidis commiscenda *temperata diureti-*
ca, velut *rad. apii, bardan. Gramin. asparag sem. petrosel. anis.*
bacc. junip. fr. alkeking. &c.

§. X.

Diversis excretionibus, videlicet *alvi, urinæ & e pecto-*
re facilitandis, nec non *humoribus*, partibus etiam nonnul-
lis *solidis* & ipsis etiam *motibus* alterandis inservit *Mel*, quod

D

pru-

prudenter usurpatum sanitati & vitæ proficit, servata præcipue illa cautela, ne illis subjectis ordinetur, qui multam bilem & aciditatem in primis viis gerunt; in quibus varia incommoda & damna excitat: Senibus imprimis modicus mellis usus perquam utilis est, sicut alia Saccharata iisdem variam opem ministrant: hinc Zac. Lusit. Med. Princ. Hist. Lib. 6. hist. 16. p. 960. eloquitur: qui Senes ad panem nihil adhibent, præter mel & vivunt diutissime & sensuum integritatem, vigoremque animi & corporis custodiant, ita ut merito longævam ætatem mellis nutritioni referre debeant acceptam: & proxime ante: mel corpus mirifice nutrit & instaurat, namque vescentibus, non modo suave sentitur, sed suavem & nitidam utentibus protrahit vitam, caducamque firmat senectutem: Et ita mel modice & congrue usurpatum promovet fermentativum motum in ventriculo ad concoctionem necessarium; deinde abstergit & mundificat intestina, laxat alvum, purgat renes, promovet excretionem urinae, acrimoniam feri demulcet, lympham crassam & mucum viscidum resolvit & colliquat, emollit fibras strictas, initiantes obstructions referat, pulmones abstergit, a ferro acri & mucositate tenacitate liberat; imminentes internas arrosiones, excoriationes & exulcerationes mundificat & ad consolidationem disponit & dum fibrarum lenitioni, feri vero resolutioni adjuvandæ inservit, ita etiam remotius placidam diaphoresin sublevat & invitat; quam ob rem mellis usum temperatum multi homines utilem experiuntur: hinc historie constant, quibus præsens adsertio confirmari potest, quod videlicet varii in senio constituti homines cum optimo emolumento mellis usum modicum servaverint: Quod porro artificiales Sanguinis subtractiones attinet, tunc illæ haud promiscue ad vitam prolongandam quadrant; interim homines plethorici, variis animi & corporis commotionibus obnoxii, prægressis spontaneis hæmorrhagiis adsueta, in diata
plena

plena aut spirituosa viventes multiplices *orgasmos* sanguinis subeuntes, *defectu* tamen *necessariarum depletionum* urgentis & superflui sanguinis laborantes &c. cum *sanitatis emolumento* & ad *vite prolongationem artificiales* tales sanguinis *imminutiones* tolerant; hinc multa subiecta usque in *seram senectutem congruam* V. Snem continuarunt, de qua observatione conf. D. D. *Præsidis Programma de V. Sne senum*, huc consentit *Celsus lib. 2. c. 10.* quando judicat: *robustum senem posse tuto phlebotomari*: ita hoc argumentum quadantenus ventilavit *Zac. Lusit. M. P. H. Lib. 1. hist. 5. p. 9. dub. 2. num.* *Senibus sit detrahendus, sanguis*: ubi profitetur: *Si affectus & vires adsint; ille si urgeat, hæc si permittant, V. Snem moliri oportet*: conf. *Valleriola lib. 6. obs. ultim.* *Galenus de sanguinis missione* dicit: *Vehemens, æqualis & magnus pulsus incorruptum virium robustarum est signum*: quare si in *septuagenariis* is ad sit, *affectusque jubeat, etiam secabis venam*: proinde non tantum *annorum numero*, sed *corporis etiam habitui intendendus est animus*: & ita etiam *junioribus subiectis prædictarum qualitatum congrua missio sanguinis ad vitam & sanitatem prolongandam* perquam contribuit conf. *Celeb. Dn. D. Stablii disp. de V. Snis Patrocinio*: quicunque vero promiscue ad hoc auxilium, velut ad *sacram confugiant anchoram*, illi ex ejusdem usu non modo *eximiam enervationem*, sed & *motuum reliquorum vitalium magnam confusionem* experientur, ut propterea talis subtractio sub ejusmodi *perverso minusque necessario* usu magis *sanitatem destruat, vitamque abbreviet*; sic etiam *missiones sanguinis necessariae*, *perverso tamen & confuso modo adhibitæ* plus nocent, quam profunt: quicunque vero *præter necessitatem* vel plane non *præsentis*, neque *urgentis*, vel *minoris plethoræ*, ob *vanam tantum persuasionem & cœcam fiduciam* de impetranda *Longævitate*, huic medio *frivole* se submitunt, illi *totam suam œconomiam vitalem* turbant.

variisque *morboſis* invaſionibus portam pandunt & |acceſſum parant: neque etiam de reliquo conſultum & *fructuoſum* eſt, ſi *præſervatorio* ſcopo talis miſſio ſanguinis *neceſſaria* & *utilis* judicatur, ut illa valde *frequentè* ſuſcipiatur; quoniam iterum *huic* tantum excretioni *adſueſcens* natura, *reliquas* aut *inſufficienter*, aut *perverſe* adminiſtrat, vel ob hanc *adſuetudinem* in futurum ſperatam utilitatem amplius haud impetrat, ſed potius *præmature* langueſcens, citius ſuccumbit; denique in *Hiſtoria* medica *talìa* exempla conſtant, quod variè ad *eminentem* Longævitatē pervenerint, qui per *totam* vitam ne *guttulam* quidem *ſincerè* ſanguinis amiſerunt.

§. XI.

Vomitoria quamvis interdum *morboſos*, imo *mortem* avertant, tamen *directè* pro remedio ad *longam* vitam acquirendam commendari *haud facile* debent: & licet quicquam *iteratis* vicibus iisdem utatur, nihilominus pro *ſublevanda* natura, utpote *fortius* commovens, *viresque* gravius afficiens auxilium *tam facile* pro *præſenti* ſcopo *non* quadrat, quoniam juxta *præmiſſam* demonſtrationem ad *Longævitatē* promovendam *leniora* naturæque amicabiliora ordinaviſimus & admiſimus media: & quamvis *ſpontanei* vomitus *variis* ſubjectis in certis caſibus *ſalutares* & vitæ *prolongandæ* fructuoſi obſerventur, tamen illi potius ad *eandem* Medicinam referri merentur, qua *natura* & non *ars* corpori ſuo præſpicit: interim hoc *reſervato* reſpectu vomitus, *externo* quodam adminiculo provocatus, *Longævitati* inſervire poteſt, quando quidam homines interdum *nimum* oppleverunt & *obſaturarunt* ventriculum, unde variis *incommodis* ſubjiciuntur, vel quando ex *dieta crassa* multas collegerunt *cruditates*,
tunc

tunc *leni* emetico ventriculus *evacuari* & liberari potest; si vero quisquam *frequentius* tali modo ventriculum ob-ruere & onerare & dein in *subsidiū* emetico illum purgare vellet, facile tandem vires *succumberent*, neque *longior* inde vita promitti posset: Salutaribus excretionibus *vitæ prolongandæ* proficuis annumeramus *capitis* quotidiana purgationem *per nares*, quæ nunquam *perversis* regiminibus graviter *turbanda*, neque *supprimenda* est, quoniam facile *morbosæ* calamitates superveniunt; quare rectius *tale regimen* observandum est, quod cuivis *individuo* congruum existit; ad summum interdum *leniora errhina* & *ptarmica* ex simplicissimis herbulis, *cephalico* & *nervino* simul effectu instructis, parata adhibeantur; omnis vero *frequens* usus, tanto magis vero *abusus*, sedulo vitetur, quoniam iterum talibus *medicamentosis* auxiliis natura *adsuescens* spontaneas suas functiones *segnius* perficit, aut *irregularibus* & præjudiciosis *congestionibus* salutarem scopum invertit & *corrumpit*: quicumque itaque *humidi* & *pituitosi* sunt temperamenti, illi præ reliquis paulo frequentius talibus adminiculis uti debent, quibus etiam alia *externa* capiti adponenda *resolventia*, discutientia & *roborantia* conducunt, quo *progressio*, nec non *se- & excretio* humorum per caput & ex hoc, *facile* & *suffICIENTER* continuet; Quid de *Fonticulis* sentiendum sit, hoc loco brevibus etiam significabimus: sunt qui ad eosdem perinde tanquam ad *selectum* auxilium *prolongandæ* vitæ confugiunt, sed quorum plurimi magnum abusum cum illis committunt: interim non negamus, quod quidam ex *convenienti* illorum usu magnam opem ad vitæ *longiorem* durationem impetrent: præcipue quidem ad *talem* scopum illi inserviunt in personis *humidioribus*, nec non de multo *sero acri* participantibus, ex cujus *varia secessione* multos morbos experiuntur, velut *rheumatismos*, *spas-*

D 3
mos,

mos, acres congestiones, tussim ferinam, asthma, ardorem ventriculi & urinæ, comminationes internorum ulcerum &c. &c. præcipue tales affectus, qui sudore, urinæ fluxione & humiditatis reliquæ, nec non feri acrioris evacuatione avertuntur & curantur: in quibus casibus prudenter ordinati fonticuli non parum ad comparative longiorem vitam contribuunt, hinc *Bartolinus in Act. Hafn. Vol. 4. obs. 48.* singularia emolumenta & peculiare præservationes a morte ex fonticulorum usu recenset: promiscuus contra illorum usus perinde variis corruptis, pertinacibus, imo non raro plane immedicabilibus morbis aditum concedunt. Quod vero extraordinariam salutarem sanguinis superflui excretionem per *Hæmorrhoides* attinet, tunc illa non modo iusta *dieta* & congruo *regimine* sublevanda & in ordine debito conservanda est, sed & aliquando temperato medicamento somitorio & directorio adjuvari debet; huc pertinent lenes laxationes cum *rhabarbarinis* & correctis *aloëticis* remediis, nec non *pediluvia*, *inseffus*, *fomenta vaporosa*, præcipue vero *pilulæ Stahlianæ* prudenti methodo adhibitæ, aut pro occasione & necessitate *clysteres lenientes* & *roborantes* cum *pilulis Stahlianis* combinati: quicumque itaque sponte & haud coacte salutarem fluxum hæmorrhoidalem susceperunt, illi aureum hunc fluxum omni modo in bono ordine & successu conservent, quoniam hic singularem utilitatem ad Longævitatē confert: *conf. D. D. Præsid. tr. de Hæmorrhoidibus disp. de Hæmorrhoidibus Longævitatē causa*: Quicumque homines porro sponte largas, aut annuas & periodicas sudationes experiuntur, illi hæc cum moderamine tolerant & non incongruis impulsibus exacerbent, neque malis artificiis & regiminibus turbent, impediunt & repellunt; unde sub difficiliore horum sudorum successu temperata regimina, aut leniora diaphoretica, singulis individualibus circum-

circumstantiis respondentia, ordinanda sunt: id quod etiam de particularibus sudoribus manuum aut pedum tenendum est: *conf. D. D. Præsidis disp. de Sudore annuo: ut & ejusd. Praxis extemporanea Caf. 29.* hinc Panarolus *Pedum sudores pro sanitate conservanda nunquam coercendos esse* judicat *Pentecost. 3. obs. 16.* & Riedlinus vicissim *pedum sudorem inhibitu sequentia mala* annotat: *Lin. Medic. An. 6. Mens. Decembr. obs. 22. p. 1441.*

§. XII.

Præter hætenus commendatas *salutarium* evacuationum *directiones* & *promotiones medicas*, ad vitam longam adjuvandam idoneas & necessarias, profunt insuper pro eodem scopo nonnullæ *alterationes* tam *humorum*, quam *motuum*: haud exiguum vero opem ferunt omnia *adminicula dietetica & pharmaceutica serum acre & bilem corrigentia*, temperantia, demulcentia & abstergentia, qualia sunt *avenacea, hordeacea, absorbentia & tenuia*, neque valde pingui *gelatinosa*; quo porro *aquosa diluentia & leniter abstergentia* pertinent, velut *aquæ temperatæ subterraneæ*: huc etiam spectant *passulæ majores & minores*, cum *avena decoctæ*, nec non *magnesiæ albæ* usus *subordinatus*, hisce annumerari potest decoctum ex rad. scorzon. liquirit. graminis. polypod. & C. C. rasp. quod non modo humores tales *pravos* in *qualitate* quadantenus *corrigit*, sed & illorum *excretionem* faciliat: proinde vero in *dieta* cavendum est, ne tales *acres & inimicæ substantiæ regenerentur*: Ad sanguinis præjudiciosam *spissitudinem* emendandam præter *communia & simplicia* auxilia motus videlicet & potus, conferunt *aquæ soteriæ prædictæ* justis temporibus *usurpatæ*, nec non *infusa calida* ex radicibus Scorzon. bardan. apii, taraxac. foenic. gramin. aspa-

asparag. rubiæ tinct. Sarsapar. ut & herb. scord. marrub. alb. cent. min. beccabung. trifol. fibrin. flor. arnic. sambuc. quandoque profunt salia neutra, vegetabilia, & alcalia, ut & Tinct. antim. acr. cum Liquor. terr. fol. tart. & spirit. nitr. dulc. quæ singula remedia vero neque *nimia copia*, neque magna & *diuturna frequentia* adhibenda sunt: ad copiosos *pituitosos* & mucidos humores *resolvendos* adque ad *faciliorem excretionem* subeundam præparandos, conferunt partim prædicta *infusa calida*, & *Salina*, partim ex squilla, vincetox. helen. petasitid. aro Z. Z. Zedoar. gentian. rubr. & antiscorbuticis substantiis parata medicamina, cum subjunctis congruis *laxantibus* & *diureticis* usurpanda: quando humores perquam *tenu- es*, & simul *acres*, *salini*, *sulphurei* sunt, tunc per congrua intervalla profunt *absorbentia*, præcipue ex C. C. & Corall. rubr. & alb. usualia, nec non decocta *avena- cea*, hordeacea, *passulata*, mitius *acidulata* & simul *gela- tinosa*, oryza decocta, juscule *gelatinosa temperata*, (haud tamen valde *pinguia*) velut carnis vitulinæ, ut & reme- dia *nitrosa* cum *absorbentibus* sociata, Tinct. Corall. cum Tinct. Papav. rhæad. & spirit. nitr. dulc. aut oleo vitri- oli dulc. herba acetosæ cum passulis minorib. & avena excort. decocta: ad humores *pituitosos* & sufficienti *sul- phureo* principio destitutos, *rarefaciendos* & necessario principio *mobili* instruendos convenit. Ess. pimp. alb. Succini, mastichis, myrrhæ, balsam peruvian. L. Sassa- fr. angelicæ, galangæ cum Spir. C. C. miscenda, aut Liqu. C. C. succinat. cum Tinct. terr. foliat. tartari, & Spirit. Sal. ammoniac. aut *infusa vinosa* ex radicibus & herb. balsamicis conficienda, nec non *Pilule Stahlianæ*, ut & modicus usus Sulphuris internus, velut fl. Sul- phur. cum Spirit. Sal. ammoniac. succin. & Spirit. nitr. dulc. vel pilulæ ex extractis angelic, galang. gent. rubr. pimp.

pimp. alb. helen. cochlear. fumar. cent. min. scord. card. bened. beccabung. G. ammoniac. Galban. bdell. fagapen. myrrh. juniper. agaric. trochisc. extr. panchymag. quæ singula remedia partim *humores lentos & crassos mucidos resolvunt*, partim *mundificant & temperata atque fanitati & vitæ longiori congrua crasi instruunt*: quæ subsidia, e penu *medica selecta, modice, refracta* dosi & *justo ordine* interdum plus *præservatorio*, quam *curatorio* scopo ordinari & adhiberi debent, ita tamen, ne *supra* indicatas regulas, *lenioris & temperatioris directorii*, in promovenda *Longævitate ex Medicina* violemus.

§. XIII.

Singulis prædictis auxiliis *ex Medicina* provenienti-
bus, ad vitæ *prolongationem* idoneis & efficacibus, an-
numeramus interdum assumenda remedia *Vires erigen-
tia*, quando eædem vel *enervatæ*, vel valde *oneratæ* sunt;
quæ tamen iterum non *nimis frequenter* obtrudenda
sunt, ne ab *incongruo* tali usu natura, magis *torpescat* &
in futurum *perpetuo* tali monitore & *excitatore* indigeat;
discrepant vero iterum talia roborantia pro subjectorum
individuatorum & temperamentorum diversitate; hinc
non modo *universalia* nervina quandoque conducunt,
sed & nonnunquam *particularia* confortantia profunt,
velut *cephalica, stomachica* &c. prout videlicet tales par-
tes interdum *singulari* roboratione indigent: quare ali-
quando *aromatica* ex cinnamomo, Caryophyllis aromat,
croco orient. nonnunquam herbæ *nervinæ* rorismar. basi-
lic. lavend. c. flor. herb. Serpill. menth. mari veri, salviæ, ma-
jor. &c. præcipue *flor. naphæ* (qui cum Spirit. vini & vi-
no malvatico in Tincturam converti possunt:) deinde
balsamica velut bals. Peruv. Mastix, Succinum, calces no-
bili-

bilium metallorum, crocus auri, *gemmae* præparatae, quæ
 simul tenuem *absorbentem* & *tonicam* virtutem habent,
 Tinct. auri cum vino generoso parata, nec non Tinctu-
 ræ martiales, flores nonnullorum metallorum cum Sale
 ammoniaco parati, porro spiritus volatiles modice aro-
 matifati & resinofi aut balsamici; balsami oleofi præci-
 pue pro usu *externo*, in *temperatis* & frigidis corpori-
 bus etiam interno, *spiritus vegetabiles* ex nervinis her-
 bis & floribus cum vino generoso facti: *juscula vinosa*,
 aut alia *juscula gelatinosa* aromatifata & similia conveni-
 unt, quæ *congruo modo* & *occasionibus necessariis* adhibe-
 ri possunt: *Motuum* denique ratio habenda est, dum
excedentes aut *fortiores* interdum *leniendi*, *temperandi* &
secure sedandi sunt; hinc *gelatinosa*, liquida mucilagi-
 nosa, temperata *acidulata*, *nitrosa*, *absorbentia*, *anti-*
spasmodica, *passulata*, *crocata*, *cinnabarina*, *omisso opio*
 pro tali scopo, conducunt: aliquando motus *exci-*
tandi sunt, quo *vinum* bonum pertinet, nec non
 prædicta *nervina*, ut & convenientia *diaphoretica* &
 similia; servato moderamine, ne *ultra modum* talia
 subsidia extendantur, sed quo potius *pauca* directio-
 ne medicus *naturam* sublevet: Et in hoc *motuum*
 directorio magna *prudencia* impendenda est, quoni-
 am *Longævitæ* justum *motuum* processum & decur-
 sum involvit & *essentialiter* requirit: quo magis enim
hi motus offenduntur eo magis *sanitas destruitur*, & vi-
 ta *abbreviatur*, hinc *optimus* certe ille nobis est me-
 dicus, qui ex foro medico *motibus* hisce *bene* pro-
 spicere potest: Plura hac occasione addere haud lu-
 bet, dum succincta commendatione & deductione
 nonnulla media & adminicula ex *medicina* proveni-
 entia, pro Longævitatæ promotione annotare vo-
 luimus.

luimus. Divinam bonitatem, utpote fontem & naturalis & spiritualis vitæ humillime veneramur, quod præsentem laborem prospero successu beaverit quam devotissimis etiam imploramus precibus, ut benedictione perenni nostros labores coronet & commitetur, quo salubris & exoptatus illis semper affulgeat

F I N I S.



Quis-

Quisquis ad egregios animo contendit
honores,

Ingenii vires applicet ille sui;
Ingenuas etenim didicisse fideliter artes
Non sine præclaris laudibus esse finit,
Sed non excipiunt acceptas otia laudes,
Augetur potius semper honore labor.

TU virtute quidem nunc præmia digna
capeffis,

Præcos ast posthac experieris onus.
Gratulor & reddit tua me quoque gloria
lætum;

• Reddat longævus nunc Medicina tua.

*In laudem Clarissimi Dn.
Candidati hæc adjecit*

P R Æ S E S.

